

11³⁶

S.
tus, magis
digestivum in fe
n emeticum
orbo
ulationis impu
onibus.
fianarum lep
em.

OBSERVATIONES QUÆDAM

CIRCA METHODUM, QUAM IN VETERUM
PRAECEPTIS AD EDUCATIONEM HOMINUM
PHYSICAM APPLICANDIS OBSERVANT
RECENTIORES
PRO SPECIMINE INAUGURALI

QUAS
ANNUENTE SUMMO NUMINE
EX AUCTORITATE ATQUE DECRETO
ILLUSTRIS
FACULTATIS MEDICÆ
IN ACADEMIA REGIA DUISBURGENSI
PRO
GRADU DOCTORIS
MEDICINÆ ET CHIRURGIÆ
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
LUDOVICUS CHRISTIANUS BÜCHNER
DARMSTADIENSIS
LEGIONIS PEDESTRIS PLETTENBERGENSIS
IN EXERCITU BATAVO
CHIRURGUS PRIMARIUS.
—
DIE XIII. MART. MDCCXC.

D U I S B U R G I,

TYPIS VID. BENTHONIANÆ, ACAD. TYPOGR.

СИДЕНІО ГІЛІОГРАДІЧІ

Інші від падінням яко
зарядів використані на землях

їх земель від та же війни

закуплені землі

заселені землі

36

VIRO
PERILLUSTRI ET GENEROSISSIMO
DOMINO
DANIEL ANTHONY
LIBERO BARONI
DE PLETENBERG
SUMMAE ET POTENTISSIMAE REIPUBLICAE
FOEDERATI BELGII
PRAEFECTO COPIARUM PEDESTRIUM
GENERALI
LEGIONIS DUARUM COHORTIUM PEDESTRIS
CHILIARCHO SUMMO

TUM

TUM

VIRO

PERILLUSTRI ET GENEROSISSIMO

DOMINO

HENRICO BALTHASAR

LIBERO BARONI

DE WEVELINCHOVEN

PRAEPOTENTISSIMAE REIPUBLICAE

BATAVAE

LEGIONIS DUARUM COHORTIUM PEDESTRIS

TRIBUNI LEGATO

SERENISSIMI ELECTORIS

COLONIENSIS

CUBICULARIO GENEROSO

SUPE-

S
THASAR
ONI
HOVEN
EIPUBLICI
UM PEDESTRI
ATO
ECTORIS
SIS
VEROSO
SUPE

**SUPERIORIBUS EXERCITUS
PRAEPOTENTISSIMORUM ORDINUM
FOEDERATI BELGII
DUCIBUS
PATRONIS AC FAUTORIBUS
LONGE GRATIOSISSIMIS**

H A S C E P A G E L L A S
OMNI, QUA PAR EST REVERENTIA
CUM VOTO OMNIGENÆ PROSPERITATIS SINCERRIMO
DICAT CONSECRATQUE
AUCTOR.

CURSUS MORATORIUS ALEXANDRIUS

TATAPOTOMITICUM ORBIS CLODINI

LEONDETRIAE HELLEI

DUCIBUS

PATRONIS AC LAUATORIUS

MONS GRANDESSIMUS

MONS MONTICULUS VENUSTUS

C
ver
las
lu
de
ri
co
im
vi

pæ
inf
lun
ne

ja



Consideranti corpora & sanitatem puerorum & juvenum nostrorum, qui secundum Recentiorum regulas educati sunt, facillime etiam invito appareat, emolumenta, quæ ex educatione hodierna præfigire audiabant Pædagogi nostri, minime in infantum corporibus conspicua se præbere ; adolescentes enim nostros corporis illud robur, quo inter veteres, bellicosos imprimis populos juventus excellebat, non acquisivisse palam est.

§. II.

His vero cetera commoda, quæ in seculo nostro pædagogico ex magnorum, quos veneror, virorum institutis in Reipublicæ bonum & privatam civium salutem uberrime redundant, in dubium vocandi aut negandi plane animus non est. Eorum enim multa jam in aperto sunt, & plura adhuc posteris cognitare fore,

fore, sperare imo præfigire licet. Ego vero medicus non tango, quæ ad medicum non attinent, de physicæ, quam dicunt, educationis hodierna methodo usitata, in multis non laudanda, sic opinor, quædam monere constitui.

§. III.

Civium sanitas & corporum robur in salute Republicæ constituenda omni jure meritoque tanti pretii esse visa sunt Pædagogis recentioribus, ut inter cetera educationis proposita & his quoque augendis & firmandis allaborarent, methodoque justæ regulisque inveniendis, queis corporum vires ad majorem gradum exaltari possint, omnem impenderent operam.

§. IV.

Non mirum hinc memorabilia veterum exempla, Græcorum imprimis & Germanorum, quorum corpora durissima, sanissima, cunctis fere, quæ cogitari possunt, injuriis externis, fami & siti, dolori & labore, calori & frigori omnibusque aëris vicissitudinibus resistebant, eos adduxisse, ut methodum, quam veteres in corporibus ita firmandis observarent, & ipſi amplecterentur, & in scholasticos domesticosque usus commendare non dubitarent, imo ex ejusdem appli-

applicatione saluberrimos in hominum sanitatem frumentus redundaturos sibi aliisque pollicerentur.

Experientia vero plurium jam lustrorum docuit, & constanter docet, juvenum, qui secundum Recentiorum methodum vel in pædagogiis, vel privatim educati sint, sanitatem non esse firmiorem, corpora non esse duriora, neque minus, quam ceterorum, morbis lethoque subjecta; & ut breviter dicam, civium sanitatem non eo gradu, quo sperabatur, & præfigiebatur, melioratam, neque corporum robur firmatum esse, quæ quidem observatio multis, qui de Recentiorum institutis pædagogicis olim bene cogitabant, nunc, cum omni spe ceciderint, ea abhorre & contemnere facit.

§. V.

Causas vero, quare juvenes nostri corporis robur illud, quo inter veteres, bellicosos imprimis populos, juventus excellebat, non acquirant, quodque tamen ex applicatione veterum præceptorum sperare audebant recentiores Pædagogi, non tam in præceptis ipsis, quam in eorum applicatione perversa ponendas esse censeo.

B

§. VI.

§. VI.

Negari nempe non potest, veterum regulas & observationes imprimis, quas copiosissimas fecerunt, ad corporis humani robur firmandum semper esse utilissimas, quarum plures juste administratæ & nostro tempore magni usus esse possunt; at bene quoque notandum est, quod multa eorum præscripta nostris temporibus plane non quadrent.

§. VII.

Veteres enim in exercendis corporibus suis non solum ad sanitatem, qualis omnibus convenit, sed & ad robur, vim, agilitatem & fortitudinem corporis, quibus militantes, (Veterum enim salus potissimum in bello erat) imprimis cominus pugnantes indigebant, respexerunt, id, quod artium eorum tam athleticæ quam & gymnasticæ regulæ satis superque docent. Cuncta itaque eorum præcepta, quæ cestum, luctam, pugilatum, hoplomachiam aliasque artis gladiatoriae & gymnasticæ partes spectant, hodie nullius usus esse apparent, nam & vix juvenibus nostris, qui castra sequi debent, unum alterumque eorum, cum diversus plane pugnandi modus hodie obtineat, convenire potest.

§. VIII.

§. VIII.

Male hinc agunt, qui juventutem nostram ad exercitationes & agitationes corporis vehementes, quales veteribus, athletis imprimis utiles esse poterant, incitare solent; moderatum enim, non vehemens corporis exercitium est, quod sanitati dat constantiam & firmitatem; nimium & quod corporis & ætatis viribus adæquatum non est, potius rigida reddit corpora & senectutem præmaturam inducit, quod etiam observationes ex veterum, medicorum imprimis scriptis de promptæ illustrant, ex quibus constat, athletas aliosque magnis exercitationibus agitatos sœpissime ex nimio corporis exercitio ægrotisse, mature fenuisse, & hebetes factos fuisse, quare & tres tantum numerari memorabile est, qui in olympiacis ludis bis, in diversa ætate, in juvenili nempe & virili, præmio potiti sunt.

§. IX.

Non minus quoque in eo errant, quibus pueros ducendi provincia tradita est, Recentiores, quod generales tantum veterum regulas in exercendis corporibus obseruent, specialiores vero vix non plane negligant. Exercitia enim, quæ corpori robusto proportionata sunt, debiliori juveni non convenient, hunc magis enervant, & pertinaciter continuata præmature

occidunt. Ita etiam juniorum alio modo, quam adul-
tiorum corpora exercenda esse, ultro patet; neque
minus ad temperamentum & consuetudinem pueri
exercendi, ad clima & locum, ad anni & diei tem-
pus, quo movetur, variaque alia respiciendum est.

§. X.

Veteres hinc non solum certa loca, gymnasia &
palæstræ ipsis dicta, corporis exercitationibus destina-
bant, sed habebant, qui regulas motuum præscribe-
rent, quales Herodicus Asclepiades, & Herophilus
fuerunt, quorum nomina adhucdum inter medicos,
erant enim medici, celebrantur.

§. XI.

Règulis vero istis, quæ plurimas & maxime spe-
ciales habebant, determinabatur, an jejune vel post
prandium aut cœnam? an mane vel vesperi vel circa
meridiem? an sub dio vel in loco tecto? an in umbra
vel solis radiis? an diu vel breviter? an ad sudorem
instantem vel ejus profluvium? an ad laffitudinem
usque vel gratam tantum agilitatem corpora movenda
sint.

Non minus motum corporis, qualis fieri debeat,
præscribabant; an standum vel ambulandum vel cur-
rendum?

rendum ? an equo vel curru vel navi vehendum au-
natandum sit ? an brevi via procedendum & revertens-
dum ? an longiori incedendum ? an declivi aut ac-
clivi tramite meandum sit ? quibus corporibus illud,
quibus hoc exercitii genus conveniat ? pluraque alia
a veteribus fuse & prolixe esse agitata, quæ super-
sunt, ex eorum libris fragmenta satis probant.

§. XII.

Erant præterea, qui exercitationibus præsidebant;
Gymnasiarchæ & Pædotribæ, quorum grave equidem
& ponderosum officium erat, corporibus exercendis
regulas præscriptas applicandi &, ne contra eas pec-
cetur, curandi. Hi præcipue ad vires & effectus,
quos exercitium durante corporis motu producebat,
attendebant, segnes instigabant, excitabant, nimium-
que motos abstinere jubebant.

§. XIII.

In nostris vero institutis pædagogicis & hodierno
tempore talia præcepta, quibusunque subjectis faci-
le adaptanda, ceteraque fere omnia huc pertinentia
adhucdum desiderantur, imprimis cum & veterum
huc pertinentium scriptorum plurima infausto fato

nobis

nobis erepta sint, & quæ supersunt, tempori & subjectis hodiernis forte convenientia hinc inde in veterum scriptis dispersa difficulter conquerantur.

§. XIV.

Hinc, qui in recentissimiis pædagogiiſ & secundum Recentiorum methodum educantur, ſæpe eodem modo, eadem hora, omnes & simul, pueri & adolescentes, nullo habitu respectu ætatis, confuetudinis aut virium, ad corporum motus ſæpe justo vehementiores, neque climati, neque anni tempori, neque subjectis convenientes, & ad injurias externas perferendas excitantur, quam ob rem etiam plurimi ex exercitio, non ut deberent, alacriores, agiliores, ſed laſſi & ad meditationes, quas nunc ſequi volunt, prorsus inepti, redeunt.

§. XV.

Neque id silentio prætereundum est, plures corporis exercitationes, quæ ab hodiernis pædagogis laudari ſolent, a vitæ periculo liberas non eſſe, adeoque faltem non omnibus & quibuscumque convenire, ſed potius ab iſtis tantum instituendas eſſe, qui certo vitæ generi

generi destinati sunt, huc. e. g. pertinent natatio, ambulatio per funem vel angustum tignum, exercitium saltu vario se in equum & ex equo subjiciendi, foſſam transiliendi, & similia, quæ non ſolum luxationibus, fracturis, herniis, variisque aliis malis, ſi nimis protrahitur, anſam dare, ſed & ſubito interficere poſſunt, quare his alia periculo libera & æque utilia ſubſtituenda ſunt, & ſubſtitui poſſunt.

§. XVI.

Ex præcipuis etiam cauſis, quare emolumenta ex physicæ educationis hodierna methodo ſperata non apparent, illa eſt, quod naturæ veſtigiis minus curate vel plane non inhærent Recentiorum plurimi. Multi quidem ſibi imaginantur, ſe tramite naturæ incedere; quis enim paedagogorum noſtrorum ſe natura amica uti non jactat? quis veſtigia ejus indeſeffe ſe premere ſibi non perſuadet? Aſt toto eos cœlo ſæpe errare effectus docent. Paucissimi naturæ veſtigia amice legunt, plurimi mox a via deflectunt, & iñſtinctum pro natura habentes, pro Junone nubem amplectuntur.

§. XVII.

Natura vero non facit saltus, quos recentiorcs educatores

eatores amare videntur, sed in cunctis, quæ molitur,
 lento incedit pede. Ausi quidem sunt anglomania pulsii
 quidam, ut methodum suam defendant, ad partum
 provocare, ut & naturæ subitas mutationes, qualis
 equidem partus est, convenire probent. Sed, ut non
 moneam, certe hoc, si huc referri meretur, unicum
 exemplum non multum probare, quis nescit, hanc
 mutationem etiam multis certe infantibus periculosam
 esse & perniciosa fieri? Quod vero magis memoran-
 dum est, hæc maxima equidem & omnium certe ma-
 xime subitanea, quæ tamen aliter fieri non poterat,
 mutatio in humano corpore, quam infans jam nascens
 subit, ratione vitæ nunc propriæ a priori, quam cum
 matre quodammodo communem habebat, diversissimæ,
 neque hæc inquam, licet primo intuitu ita videatur, plane
 subito fit; ut nempe sanguis olim pro parte matris
 corpore, nunc tenelli corpusculo solo præclusus, di-
 versæ nunc plane via circulet, necesse quidem est, ut
 quædam vascula, pulmonum imprimis aperiantur,
 amplientur, alia claudantur, collabantur; non vero ista
 uno momento, sed lente, paulatim sensimque fieri so-
 lers natura fecit; præterquam enim, quod cuncta,
 quibus infans jam nascens ad vitam nunc propriam
 protrahendam indiget, organa, respirandi &c. jam ante
partum

partum diu, at sensim tamen præparantur, & pro parte
quasi exercentur, ita ut in semestri imo bienni infante
adhuc aperta reperias vasa, quæ in juvene & adulto
clausa esse oportet. Ipsa quoque respiratio, quæ in
matris gremio fieri non poterat, & sine qua tamen
infans natus vitam protrahere nequit, non uno quasi
ictu fit, sed successu temporis, indeterminati licet,
& in diversis diversi. Prima nempe inspiratione, quæ
singultu fit, parvus pulmonis lobulus, sequenti aëris
haustu major, dein plures lobi, tunc pulmo integer
dexter, tandem & sinister inflantur, aëre replentur,
neque hæ inspirations semper sibi cito, ut dein in
consuetis fit, succedunt, sed saepe minuto diuilio,
integro, minutis pluribus quandoque distant, id quod
observationes in neonatis spiritum ducentibus &
septiones in cadaveribus tenellorum, qui brevi post par-
tum vita iterum defuncti sunt, institutæ demonstrant.
Ita etiam sensus in tenello non nisi sensim perficiuntur,
cutis ipsa ad aëris infuetum accessum arcendum ver-
nlice caseosa obducta est. Motus vero in utero ultimo
graviditatis tempore laxo & cedente satis liber, exer-
citiumque corporis & artuum non minus observatur
quam post partum, infans in utero movetur & quie-

scit, imo dormire & vigilare videtur ; natura ergo saltum non facit.

§. XVII.

Subito itaque magnæ illæ in corporibus puerorum nostrorum mutationes, quas in educatione moliuntur paedagogi, ut corpora eorum firmiora, robustiora redant, indurant, nec fieri debent nec possunt.

§. XVIII.

Oportet quoque maxime hinc respicere ad constitutionem corporis puerilis individualem & ad sanitatem parentum ; vehementibus enim corporis exercitiis subitanisque vicissitudinibus, quæ pueros experiri jubent, ferendis eorum corpora hodierno tempore , a parentibus sœpissime debilibus progenita, atque ita his similia, id est, infirma plane apta non sunt.

§. XIX.

Neque etiam natura molimine suo & ordine, quam in diversis infantibus etiam diversum sœpe observare folet, turbanda est; ita quidam infantes e. g. maturius pedibus insistere & incedere discunt, quam alii; quidam

dam ad onera ferenda exercitiaque varia corporis peragenda ea ætate jam viribus pollent eximiis, qua alii vix corpus lento ingressu trahunt.

§. XX.

Quam procul itaque a naturæ vestigiis aberrant! quam crudeliter in tenellorum corpora fæviunt, qui calido matris gremio vix emersum, ut corpori robur addant, mox frigidæ atrociter immergant, non ploratum, misericordiam exorantis tenelli, non ejulatum, non trementia membra certissima naturæ renuentis indicia curantes, veterum Germanorum exemplo intempestive nisi, quorum infantibus corpora dura parentum similia, firma data erant, neque hos etiam semper hanc repentinam temperiei vicissitudinem innoxie tulisse probabile est.

§. XXI.

Gravis vero etiam illa & aurea regula: naturam sequere; ab aliis paedagogis & parentibus minus recte intelligitur, dum eorum multi in educatione nil vel spectatores tantum agendo omnia agere opinantur, naturam sequi id esse existimantes, ut sic dicto instinctui satisfiat, vel quod ipsis unum idemque esse vi-

detur, ut pueri in cibo & potu sumendis, in motu &
 quiete, in vigiliis & somno, brutorum more vivant,
 quare cunctis, quibuscumque infantum desideriis vo-
 tisque satisfaciendum esse, nullisque perversis licet &
 noxiis obice in ponendum aut saltem debit is cancellis
 coercenda esse contendunt. Cum tamen econtra in
 determinandis corporum exercitationibus, alimentis
 & regimine ceterisque, quae physicam educationem
 spectant, virium corporis majorum vel minorum,
 temperamenti, climatis, sub quo vivit, vitae generis, cui
 puer destinatus est, animi, quibus subjectus est, af-
 fectuum, ratio habenda sit; naturam enim sequi in fa-
 nitate & corporis robore firmandis potius in eo con-
 sistit, ut non solum cuncta, quae forte debitae nutri-
 tionis & corporis conservationi impedimento sunt, au-
 ferantur, sed & per justa exercitia, motus, mutatio-
 nes, corporis viribus jam acquisitis & vitae generiac-
 commodata firmantur & augeantur. Sic ergo Bellonae
 castra fecuturus, qui aëris injuriis, fami, siti, calo-
 ri & frigori ferendis, longis citatisque itineribus per-
 ficiendis aptus esse debet, longe aliter exerceatur, un-
 triatur & educetur, necesse est, quam qui literarum stu-
 diis destinatus ab injuriis hisce ut plurimum sibi temperare
 potest;

poteſt; & ſecundum diverſam iterum methodum merca-
turæ operam daturus, qui diverſis alimentis, diverſo cli-
mati, & vitæ generi, longis peregrinationibus ſub cœlo
diverſo peragendis idoneus eſſe debet, educandus eſt.

§. XXII.

Cum quoque idem corpus diverſo vitæ generi ducen-
do non æque aptum, debile nempe quibuscumque v.
g. aëris injuriis ferendis impar fit, hinc & in puerorū
educatione, quatenus infantis ad certum vitæ
genus destinationem ſpectat, curate ad corporis ipſius
vires, ſtructuram & conformationem, agilitatem re-
ſpiciendum eſt, vires enim novæ a natura non inma-
tæ, arte vix uerquam acquiruntur, inditæ vero, licet
debiles facile, natura præeunte, exaltantur, augen-
tur.

§. XXIII.

Naturam itaque vere imitari & ſequi dicuntur, qui
e. g. debilitatem partis alicujus in corpore juvenili aut
hebetudinem percipientes, ut illam tollant, partem
roborent, ad functiones quascunque aptiorem red-
dant, agilitatem concilient, partem exercere, move-
re docent, primum lente & leniter, dein vehemen-

tius

tius motum gradatim augendo; sic Veteres, pulmonum debilitate laborantem primum aperte legere, dein clare & lente, tunc citius & clarus, tum clamare, cantare, vociferari jubebant, exercitatione optimè debilia roborari cognoscentes.


§. XXIV.

Sic naturæ vestigia legimus, quando a saltu nobis carentes vix matris gremio emersum, grato balneo tepido excipimus, fordesque latice puro abluimus, non vero frigidæ immergimus, neque, ut frequentissime fieri solet, oleo aut butyro insulso aut saponis solutione aut cerevisia aut vino aut frumenti spiritu lavamus & fricamus, hæc enim pro parte infirmis aut suffocatis convenire possunt, infantibus vero sanis, qui curatione hac non indigent, ægritudinem inferre possunt; vinum enim & spirituosa per cutis spiracula resorbita inebrando quidem soporem pusillis, ast sæpe apoplecticum, lethalem inducunt, cutim ad minimum rubefaciunt, inflammant. Oleosa vero & saponacea vernicem cuti protegendæ utilissimam, qua magnus, insolitus & si subitus est, noxius atmosphærici aëris in corpus tenellum effectus arcetur, intempestive & non sine noxa auferunt,

§. XXV.

§. XXV.

Hæc itaque probare videntur Veterum , quæ super-
funt regulas in educatione physica non quidem plane
esse contemendas, sed recte applicandas, quæ cli-
mati, vitæ generi & ætati convenient, eligendas,
inutiles negligendas , maxime vero naturæ tramite,
quo ipsa in viribus corporis firmandis & augendis præ-
it, & nobis incedendum esse,



TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

